e-codices

ſocioꝝ animos ſimplicitatis ſue conſideratio-
ne perterritos | oſtenſa uiro dei uiſione huiuſ-
modi confortauit. Uidebat ſiquidem eum quod per
quandam uiam incederet, iuxta quam ſtabat arbor cel-
ſitudinis magne. Ad quam cum appinquaſſet
et ſub ea ſtans ipſius altitudinem miraretur, ſubi-
to tamen diuina uirtute leuabatur in altum, ut eius
cacumen contingeret arboris, eiusque ſummitatem faci-
lime curuaret ad ima. Huius uiſionis pre-
ſagium uir deo plenus intelligens referri ad con-
deſcenſionem apoſtolice dignitatis, exhilaratus
eſt ſpiritu, fratribusque ſuis in domino confortatis, iter cum eis
aggreſſus eſt. Cum autem ad romanam curiam perue-
niſſet, et introductus eſſet ante conſpectum ſummi pon-
tificis, expoſuit propoſitum ſuum, petens humili-
ter et inſtanter ſupradictam ſibi uiuendi regu-
lam approbari. Uidens autem Chriſti uicarius dominus Inno-
centius tertius uir utique ſapientia clarus admiran-
dam in uiro dei ſimplicis animi puritatem, propoſi-
ti conſtantiam, ignitumque uoluntatis ſancte feruo-
rem, inclinatus eſt animo ut pio ſupplicanti preberet
aſſenſum. Diſtulit tamen perficere quod Chriſti poſtu-

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. 17r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/en/pal/L/17r)